

te garrunt : & ore quidem fatentur, sed cor procul abest : Id tam est certum, quam quod certissimum.

10. Clarius hoc patebit ex ijs, quæ de effectu unionis Hypostatica duarum naturarum in Christo, nimirum communicatione arctissima & Naturarum, & earundem Idiomatum hac vice disputabimus.

11. Placet autem καὶ ἄρσιν sive per remotionem falsarum tam veterum quam recentiorum de questione ista hereseon, quæ quidem familiam aliquam duxisse, hodieq; ducere videntur : ad saniores doctrinam paulatim progredi : δευτέρως μὲν γὰρ ἔχ' ἡ ἀπόφασις κατὰ παντός, ἀνάγκη τὴν κατὰ φασιν ἀληθεύειν, uti præclare monet Philosophus.

---

PARS disputationis prima Ἄποσ  
Φατική.

I. NESTORIANISMVS.

12. Primum autem agmen eorum, qui funesto prorsus bello veritatem religionis Christianæ hoc in Articulo sunt adorti, meritò duxisse videri debet infelix Nestorius, Episcopus Constantinopolitanus.

13. Quanquam enim ante ipsum Paulus Samosatensis, & alii etiam heretici, Personam Christi